



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

6. Dies Decembris. Deum videbis non alio bono bonum; sed bonum omnis boni. S. Augustinus l. 8. de Trinit. c. 3.
-
-

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

974 Christiani Militis Decemb.
mensa manducare panem Angelorum. Tuus al.
quia in hæredem sui descripsit te : est enim R.
nerator. Plus quam satis fuisset, etiam pro aeterni
tate, ut sic loquar, laborum, permittere, ut per trans
sennam videres faciem ejus ; quam videre, salus et
videntis. Voluit pro momento laboris, is, cuius est
est temper, & te quoque semper videre faciem Panis
ejus. Quid jam superest, quam ut ames eum; ut Pa-
trem, Filius; ut Salvatorem, redemptus; ut Sanctis
catorem, justus; ut Convivatorem, conviva; ut Ha-
res, hæreditatem : ut , qui tuus est hic in medio Be-
bylonis; sit semper tuus in illa , quæ sursum est, Je-
rusalem. Quocirca :

Vitibi perpetuum sit lumen, dilige Numen.

6. DIES DECEMBER IS.
Deum videbis non alio bono bonum ; sed bonum
omnisboni. S. Augustinus l.8. de Trin. c.3.

Deus solus I.
bonus, &
summum
Bonum.

Divus Augustinus divinè de
Divinâ Bonitate differit, dum
ab ea removet omnē crea-
tum bonum, sic ipse : *Nou-
mas, nisi bonum, quia bona est terra altitudine montium,
Et temperamento collum, Et planicie camporum, Et ho-
num predium, amabile, ac fertile. Et bona domus, par-
bus membris disposita, Et ampla, Et lucida : Et bona
nimalia, animata corpora : Et bonus aer, modestus, Et
salubris : bonus cibus, suavis, Et aptus valetudini, Et
bona valetudo, sine doloribus, Et lassitudine, Et. Quid
plura, Et plura? bonum hoc, Et bonum illud. Tolle hoc,
Et illud; Et vide ipsum bonum, si potes: ita Deum vide-
bis, non alio bono bonum: sed bonum omnis boni. Quocirca*

¶ an-

cemb.
tuus al.
R.
o aterni
per man
salus et
cui est
in Patr
natur P.
Sancti
ut Ha
edio Bi
est, J.

S.
bonum
3.
ivine de
rit, dum
ne cre
Non
ponens
us, par
bona et
tus, O
dum, Q
Quid
ode hoc
m vnde
Quic
o ani

Decemb.

Tessera.

975

o anima objectum aliud, quò se referat ; & quò se occupat vagabundus tuus amor ? si amor feratur in Bonum ; Ecce Bonum omnis boni ? si amos bona, quæ sunt facta ; cur non amas Deum, per quem sunt facta ? Non tantum est Deus bonus, & solus bonus : non tantum est bonum, & omnipotens bonum ; sed in te est bonus, & tuum bonum ; quia est Deus cordis tui. Amorem, alia simulant, cor probat : alia adumbrant, cor exprimit. Nisi amor sit inquilinus cordis, non est Amor : Cor, amoris est lac, illic est domesticus; Amoris est civitas, illic est civis; Amoris est patria, illic est popularis; Amoris est Basilica, illic est Rex; Amoris est sacrarium, illic est Sacerdos; Amoris est cho-la, illic est Magister: Amoris est cœlum, illic est Deus. Cor igitur Deum ostendit ; imò convincit esse amabilem, quia solus explet magnum illud cavum cordis. Circumfer cor per omnia amabilia ; vagabitur, non satiabitur, ambulabit, non quiescat.

II. Amor cordis, Deum facit sui possessorem : quod si tu cum altero dividas , atque adeò dimidium tantum tribuas ; de possessione Deum deturbas : ille, quam amat integrum , tam non amat divisum. Sicut Regnum divisum : sic & cor divisum desolabitur. An non satis magnus est Deus, ut impleat finum cordis, cuius magnitudinis non est finis ? Implet cœlum, & terram ; & non poterit implere pugilum terræ ? Planè deficis, si præter Deum aliquid tibi sufficit. Itaque erit Deus, & Deus cordis tui ; si solus sit totius. Amor partus est amoris, ut redameris amarum non extorquebit à te, amor ejus æternus in te , amore angustissimi, quo vivis , temporis ? Non meretur amoris æternitas , amoris momentum ?

Tam

Tam est antiquus ejus in te amor; quam est illa ipse, qui est antiquus dierum. Jacobo Patriarcha ut potiretur amata Rachaele, septem anni videbantur dies pauci, praे amoris magnitudine. Amavit Deus cœli & terræ, jam inde à principio, quando creavit cælum, & terram: hoc est plus, quam à quinquaginta sæculis; & quia tot sæcula videbantur minus, quam dies pauci; charitate perpetuâ dilecte. Quanta est ista amoris intensio; tanta est tua redamandi obligatio. Amari ab amatore infinito, licet tantum vel ad momentum, est immensi res momenti; quia ejus amor vel tantillus est, supra omnē pretium inæstimabilis. Quid erit ab amatore infinito, amatum fuisse à tempore infinito; imo, ante omne tempus ab æterno? sed quid in te amat Deus ab æterno? Non te, sed se; non tuam speciem, sed suam imaginem; non tuum amorem, sed suum quem, si tu non amas in tempore, si non desideras amare æternum; odio ejus æterno ob indignitatem dignus.

III. Inter omnia dona, palmarē donum, est ipse Amor: ideò enim quis donat, quia amat. Sic & inter omnia beneficia occupat primas, Amor; cui proprium est primum bene velle, deinde benefacere: itaque, quod antiquior est amatore, tanto debet tibi antiquius esse beneficium: igitur, charitas, quae dilexit, qui est charitas, cum fuerit perpetua, beneficium quoque fuit perpetuum: & amor igitur æternus, beneficium est æternum. Etsi nihil aliud contulisset, nisi hoc unicum beneficium, omnia illi deberes, & tua, & totum te. Noluit, qui infinitus est, circumscribi finibus Benevolentiae; explicavit te

Dec
ad un
mor,
pore
term
ca, G
punc
cong
ficia
signi
adan
erit in
illi, q
prom
dit o

D

Sum
gō

A
Amar
Deon
finitæ
oblig
nes.
tum
post
unur
cūm
tum
ergo
ficien
amor

Decemb.

Tessera.

977

ad immensa spatia Beneficentiae : idcirco idem Amor, qui fuit in æternitate benevolus , fuit in tempore beneficus, eritque deinceps, modò velis, per interminatam æternitatem. Si sis Arithmeticus, revo- ca, si potes ad calculum, omnia, quæ vixisti, temporis puncta, Angelorum obsequia , naturæ totius in te congesta commoda; omnia ista, sunt amoris bene- ficia ; Benevolentiae monumenta ; Beneficentiae in- signia. Non sunt in aëre tot atomi; quot sunt in te adamandum Deum stimuli : & amor tam fertilis, erit in pariendo amore in te sterilis? Da , vel parùm illi, qui dedit tibi multum ; da modicum illi , qui tibi promittit centuplum : da, vel aliquid illi, qui tibi de- dit omnia. Siquidem :

Dat pyra, dat poma; is, qui non habet aurea dona.

7. DIES DECEMBER.

Summum Bonum , hoc est tuum bonum : Quider- gò deest, cui summum Bonum , bonum est ? S.

August. in Psal. 102.

Amandi I.

Deum, in-

finitæ sunt

obligatio-

nies.

Eccce, supremus supremæ fœlici- tatis hic est apex , Beatitudinis vertex, esse in illo gradu, ut nihil desit. Repugnant hæc duo; bea- tum esse, & aliquid sibi deesse. Si inter omnia , & post omnia , quæ vagè amando, prosequeris bona unum tibi sit bonum , quod est summum Bonum: cùm in uno habeas omnia ; jam necesse est, tebea- tum esse , cùm nihil tibi possit deesse. Quid ergo te fatigas , ô Anima , ambulando vias dif- fices, cùm habeas te; imò in te Deum, amati , & amare tam facilem? Quæris amandi invitamenta;

Pars III.

Qqq

nume-